



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

49. Essendo pervenute &c. Epistola Encyclica de eodem argumento  
conscripta Italico idiomate ad universos Italiæ, Insularumque adjacentium  
Ordinarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

1717.

lenter extracti fuerint, vel inde discesserint sub fide Salvi Conductus ab aliquo Iudice Ordinario, vel delegato concessi, & subscripti, non tamen, nisi ad tempus in eo praefixum, valituri. Jubet insuper praefatus Sanctissimus Dominus Noster, quod Amplitudo Tua, eodem publico Edicto, moneat, prout similiter annexa formulâ cavetur, omnes, & singulos, si qui fuerint, in istâ Diœcesi, qui ante publicationem Edicti hujusmodi revera blandis verbis, aut aliâ dolosè ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus extracti fuerint, ut quatenus gaudere intendant beneficio Immunitatis eisdem Ecclesiis, & locis debita, debeant intra terminum unius mensis à die publicationis ejusdem Edicti computandum, redire ad Ecclesias, vel loca immunita, undè extracti fuerunt, exponendo ad hunc effectum, quatenus opus sit, ab Amplitudine Tuâ Salvum Conductum, pro tuo arbitrio, & prudentiâ limitatum, ac gratis concedendum; Additâ insuper declaratione, quòd si elapso praedicto termino in manus Curiae inciderint, ita habebuntur, ac si ab eisdem Ecclesiis, & locis immunibus sponte sua, nullâque prorsus interpositâ fraude, discessissent, nec eis licebit amplius dolosam extractionem allegare. Cæterum cum hæc Sanctissimi Domini Nostri provisio non in tuâ tantum, sed & in aliis istius Provinciae Diœcesibus servari omninò debeat, Sanctitas Sua districte Tibi præcipit, ut hæc omnia, quæ per præsententes Tibi injunguntur, etiam Episcopis Suffraganeis tuis, aliisque locorum Ordinariis Tibi Metropolitico jure subjectis accuratè significes, & ab eis exactè pariter, ac diligenter observari cures, & facias. Placeat igitur Amplitudini Tuæ ita exequi; dum ego interea deprecor eidem veriores felicitates. Romæ 20. Januarij 1717.

Amplitudinis Tuæ.

Vri Frater Addictissimus.

S. A. Cardin. Tanarius

Scipio de Ricciis Secretarius.

Formula Edicti promulgandi.

Cum ad notitiam Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Papa XI. delati fuerint graves abusus, à plerisque eorum inveni, qui ubi de mandato Judicum, sive in criminalibus, sive etiam in civilibus capti fuerint, & in carceres conjecti, ut inde emittantur, allegare frequenter solent sese ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus, ad quæ confugerant, blandis verbis, vel aliâ dolosè extractos fuisse, & ad propriam allegationem comprobandam, non solum in suis depositionibus facile pejerant, sed falsos insuper inducunt testes, adhibitaque consanguineorum, vel amicorum suorum opera, etiam alia non minus damnabilia patrare non erubescunt; Quinimò aliquando ipsimet sunt, qui ad effectum liberè vagandi, & forsitan etiam impune delinquendi, per Baroncellos, & Executores, aliosve similes Justitiæ Ministros, data opera, ab Ecclesiis, locisque immunibus praedictis sese extrahi curarunt, ea spe freti, quòd interim Ecclesiastica Immunitatis beneficium amittere non deberent. Hinc est quod Sanctitas Sua ejusmodi malis, pro eximia sua sollicitudine, ac zelo, occurrere intendens, speciali commissione, per organum Sacrae Congregationis Immunitatis Ecclesiasticae, & controversis Jurisdictionibus praeposita Nobis directâ, & inferius registranda, districte Nobis injunxit, ut ad praesentis Edicti promulgationem procederemus.

Apostolicis itaque Sanctitatis Suae mandatis, qua par est, veneratione, & obsequio morem gerentes, vigore praesentis publici Edicti, monemus omnes, & singulas personas cujuscumque status, gradus, & conditionis existant, quæ actu confugerunt, vel in

posterum confugerint ad Ecclesias, & loca immunita, si beneficio Immunitatis hujusmodi gaudere velint, ne sub quovis praetextu exeant, vel discedant ab eisdem Ecclesiis, locisque immunibus, imò diligenter caveant, ne fidem adhibeant ulli effecrationi, quam sibi ad idâ quavis personam, etiam si fuerit Justitiæ Minister, offerri contigerit, nisi eis simul exhibeatur Salvus Conductus ab aliquo Iudice Ordinario, vel delegato concessus, ac subscriptus; quo casu Salvus Conductus hujusmodi, pro eo tamen diuturnat limitato tempore, pro quo concessus fuerit, ipsi suffragabitur.

Curent igitur omnes, & singuli confugientes ad Ecclesias, & loca immunita praecise servare confugium; Quoniam si deinceps extra Ecclesias, & loca immunita hujusmodi capti, ad manus Curiae devenierint, nequaquam eis proderit, ad effectum fruendi beneficio Ecclesiastica Immunitatis, allegare, vel etiam concludenter probare, quòd blandis verbis, vel aliâ dolosè ab Ecclesiis, vel locis immunibus praedictis extracti, seu abducti fuerint, cum Sanctissimi Domini Nostri mens sit, quòd de cætero ea tantum extractiones, seu abductions extractis, seu abductis ad praesentem effectum suffragentur, quæ, aut violenter, aut sub fide Salvi Conductus, ut supra concessi, & subscripti secuta fuerint.

Cæterum, ubi contingat in hac Nostra Diœcesi aliquam reperiri personam, quæ revera blandis verbis, aut aliâ dolosè ab Ecclesia, seu loco immuni extracta, vel abducta fuerit, serio illam per praesentis Edictum admonemus, ut quatenus frui intendat beneficio Immunitatis Ecclesiasticae localis, redeat ad confugium intra terminum unius mensis, à die publicationis praesentis Edicti computandum, petito prius à Nobis Salvo Conductu, quem gratis concedimus; Quod si elapsus praedicto termino, extra locum immunem deprehensa fuerit, sciat se habendam esse, perinde ac si ab eodem loco immuni sponte sua discesserit, nec amplius audiendam super extractione dolosa, quam de preterito se passam fuisse allegaret, cum talis itidem sit mens Sanctitatis Suae.

Volumus autem, hoc Nostrum monitoriale Edictum ad valvas Metropolitanæ Ecclesiae hujus Civitatis affigi, & publicari, ac insuper in singulis Parochialibus Ecclesiis Nostrae Diœcesis, inter Missarum solemnias promulgari, siquæ affixum, & publicatum, ac respectivè promulgatum post mensem à die illius affixionis, & publicationis, ac respectivè promulgationis computandum, omnes, & singulos, quos illud concernit, perinde articulare, & afficere, ac si antequam eorum nominatum, & personaliter intimatum fuisset. Datum ex Nostrò Palatio Archiepiscopali hac die. ....

## EPISTOLA

Encyclica de eodem argumento conscripta Italico idioma ad universos Italiae, Insularumque adjacentium Ordinarios.

Illustræ, e Reverendissimo Monsignore come Fratello.

Esendo pervenute da più parti alla Santità di Nostro Signore molte querele, che pur troppo si sono riconosciute appoggiate alla verità, sopra gli abusi, ed inconvenienti, che frequentemente nascono dall'allegarsi da molti di quelli, che vengono carcerati tanto per cause Civili, quanto per Criminali, di essere stati dolosamente efratti dalle Chiese, e Luoghi Immuni; mentre li medesimi, per eludere la giustizia, bene spesso afferiscono falsamente di aver patita tale dolosa efrazione, e per sostenerla, spergiurano ne' loro Constituti, inducono Testimonij falsi, e commettono altre simili enormità, coll'ajuto anco de' loro Amici, e

Con-

1717.

Congiunti; anzi talvolta essi stessi fona quelli, che per potere liberamente vagare, e forse anco commetter' delitti senza perdere il beneficio dell' Immunità, che pretendono di continuare a godere si erano fatti à bella posta' estrarre per mezzo de' Ministri subalterni della Giustizia dalle sudette Chiese, & Luoghi Immuni. Quindi è, che la Santità Sua, per provvedere à tanti, e sì gravi inconvenienti, che accadono in pregiudizio della Giustizia, & in notabile aggravio dell'Anime de' Fedeli; Udito prima il parere di una particolare Congregazione di alcuni Signori Cardinali, e Prelati à tal'effetto specialmente deputati dalla Santità Sua, ordina, e comanda, che tutti gli Ordinarij de' Luoghi debbano ammonire, e notificare con publico Editto, che tutti quelli, che ora si trovano rifugiati, e che in qualunque tempo avvenire faranno per rifugiarsi nelle Chiese, e altri Luoghi Immuni, di qualsivoglia stato grado, e condizione siano, se vogliono goderne l'Immunità, avvertino di non partirne, nè si lascino indurre sotto qualsivoglia pretesto, causa, ò colore à uscir fuori di dette Chiese, e altri Luoghi Immuni, poiche uscendone, se capitaranno nelle mani della Giustizia, non valerà loro il dire, ò pretendere di provare di esserne stati estratti dolosamente, ò con fallaci suggestioni, ò assicurazioni; volendo la Santità Sua, che doppo la detta ammonizione non possa più allegarsi, ne allegandosi possa à chi si sia giovare l'estrazione dolosa, mà unicamente possa allegarsi, e giovare l'estrazione violenta, e quella, che fosse seguita sotto la sicurezza di Salvo Condotto conceduto e sottoscritto da qualche Giudice Ordinario, ò Delegato; quale però dovrà valere solo per quel tempo limitato, per cui sarà stato conceduto. Siccome parimente dovranno notificare pubblicamente, come sopra, che se alcuno veramente fosse statoper il passato dolosamente estratto da qualche Chiesa, ò Luogo Immune, & voglia godere del beneficio dell' Immunità Locale, debba ritornare al Confugio Ecclesiastico dentro un mese da decorrere doppo la pubblicazione del medesimo Editto, con chiedere à gl'istessi Ordinarij, quando gli occorra, per tal'effetto il Salvo Condotto, quale dovrà darseli gratis, e per tempo limitato ad arbitrio de' medesimi Ordinarij. Avvertendo inoltre, che se passato il detto termine d'un mese, sarà catturato fuori del Luogo Immune, dovrà considerarsi, come se volontariamente, e senz'alcuna fraude ne fosse partito; nè dovrà udirsi sopra l'estrazione dolosa, che pretendesse aver Patita. Avendo però Nostro Signore ordinato, che se ne faccia Lettera Circolare, in esecuzione de' supremi comandi della Santità Sua, partecipo il tutto à V. S. acciò possa adempire la mente di Sua Beatitudine, con farne pubblicare Editto secondo la forma impressa nell'annesso foglio, che le trafmetto; come altresì farà sua cura, che lo stesso si eseguisca da Vescovi suoi Suffraganei, e da altri Ordinarij dipendenti da cotesta sua Chiesa Metropolitana, a' quali perciò dovrà ella à tal' effetto pienamente significare quanto à lei stessa con la presente s'ingiunge. Ed Io in tanto col significarglielo, me lo offero, Roma 20. Gennaro 1717.

Di V. S.

*Come Fratello Affezionatissimo*

S. A. Card. Tanara

*Scipione de Ricci Segret.*

## DECRETA MEMORABILIA

Sacra Rituum Congregationis.

*Juxta temporis seriem disposita.*

## DECRETUM.

Pro elevatione Ritus Officii S. Petri de Alcantara à Semiduplici ad Duplicem de præcepto pro Ecclesiâ universali.

*Urbis, & Orbis.*

**R**emisso à Sanctissimo D. Nostro Clemente Papa XI. ad Sac. Rituum Congregationem simplicis Libello, quo Sanctitati Suae à Fr. Alphonso à Sancta Maria Procuratore Provinciae Sancti Josephi Fratrum Minorum ejusdem Provinciae humiliter supplicabatur, quatenus Officium Sancti Petri de Alcantara, quod sub ritu semiduplici recitatur, per Universas Orbis Ecclesias, singulis perpetuis futuris temporibus sub ritu duplici de præcepto recitari benignè demandare dignaretur. Eoque ab Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali de Judice relato; Sac. eadem Rituum Congregatio ejusmodi supplicibus precibus, accedentibus Regiae Majestatis Catholicae Commendationibus, ac Serenissimi Magni Ducis Etruriae erga Sanctum praedictum ingenti devotione moti non minus piis, quam enixis Instantiis, petitam elevationem Ritus Officii Sancti Petri de Alcantara praedicti, à semiduplici, ad duplicem de præcepto pro Ecclesiâ Universali posse concedi censuit; Si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit, Die 16. Aprilis 1701.

*Et facta deinde per me Secretarium de praedictis Sanctissimo Domino Nostro, relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 20. ejusdem mensis, & anni 1701.*

G. Cardin. Carpineus,

*B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.*

## DECRETUM.

Quo Officium S. Ubaldi Episcopi celebrari fancitur sub Ritu semiduplici de præcepto in Ecclesiâ universali.

*Urbis, & Orbis.*

**E**xponens Episcopus Eugubinus diem Natalem S. Ubaldi Episcopi, plerumque infra Octava Ascensionis Domini N. Jesu Christi ac Pentecostes occurrere, & propterea Officium ejusdem Sancti sub die 18 Februarii Anni 169. sub ritu semiduplici ad libitum pro Ecclesiâ Universali concessum, nunquam, vel rarò posse recitari, Sac. Rit. Congregationi humiliter supplicavit, quatenus de præcepto sub eodem ritu semiduplici in posterum recitandum praescribere benignè dignaretur; Et Sac. eadem Rit. Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis de Carpineo, omnibus benè consideratis, annuendum censuit, & Officium Sancti Ubaldi Episcopi praedicti in Ecclesiâ Universali in posterum sub ritu semiduplici

de